

Beiheft

2

S 185

1289 Aug. 12.

[51]

Heinrich, Landgraf von Hessen, überträgt dem Johanni Herrn von Limburg ein
Drittel der Stadt Limburg an der Lahn, genannt Byfang.

185

Nos Heynricus, Dei gracia langravius, terre Hassie dominus, tenore presentium protestamur et ad noticiam tam presentium quam eciam futurorum cupimus pervenire, quod nobili viro Johanni domino de Limpurg postulanti et requirenti contulimus et conferimus in hiis scriptis tertiam partem opidi Limpurg cum omnibus suis pertinentiis, quod vulgo dicitur Byfang, sibi ac suis pueris utriusque sexus iure feudi quiete ac pacifice perpetuo possidendam, addentes de gracia speciali, si ipsum Johannem dominum prefatum sine masculo filio viam carnis ingredi contigerit universam, quod extunc prefatum feudum filie sue seniori sine contradictione qualibet derivetur et ex hoc nomen hereditarium sortiatur. In eius facti evidentiam, robur ac debitam firmitatem presens scriptum sigillo nostro duximus munendum. Datum et actum anno Domini M^{CC}LXXXIX, pridie Idus Augusti.

Orig. Siegelfest; Marburg Nr. 201. Zu dem Wildenburger Inventar, Archiv Salm-Grumbach, dieselbe Urkunde zum Jahre 1299 verzeichnet. — Teilweise gedruckt Kurzgefaßte Geschichte 1769, S. 50 Anm. 2; Regest nach Kopie in Beiheft I, S. 6 (6^o) Nr. 13.